IN HISTORIAM GENERALEM PLANTARVM ROVILLII,

DVOBVS TOMIS ET APPENDICE comprehenſam breues annotationes & animaduerſiones compendioſæ.

AVTHORE IACOBO PONS MEDICO LVGDVNENSI.

LVGDVNI,
Apud IOANNEM PILLEHOTTE,
Sub ſigno nominis IESV.

1600.

IN HISTORIAM GENERALEM PLANTARVM ROVILLII DVOBVS TOMIS ET Appendice comprehensam, breues annotationes & animaduersiones compendiosæ.

Authore Iacobo Pons, D. Medico Lugdunensi.

AD LECTOREM.

QVVM *Gulielmus Rouillius Typographus & ciuis Lugdunensis, de constituenda ac conscribenda ampla sua de Plantis historia cogitasset. Adhibuit ad eam rem multorum consilia, & in disquirendis ac conquærendis comparandisq; plantis, vsus est plurimorum opera. Præter eas autem historias Plantarum, quas ex veteribus Theophrasto, Dioscoride, Plinio accepit, Plurimas cum Iconibus ex recentioribus Matheolo, Dodoneo, Anguillara, Fuchsio, Lobellio, Trago, Penna, Tenero, alijsq; non paucis transtulit in suum opus. Contulit etiam non paucas descriptiones & figuras plantarum Dalechampius. Aliquid etiam in eo opere, nonnulli alij Medici Lugdunenses, vendicare sibi iure possunt. Molem istam plantarum Ioannes Molinæus D. Medicus singularis doctrinæ ac eruditionis vir, summa cura ac diligẽtia, fœliciq; conatu, in ordines & classes digessit, & plæraque ex veteribus adiecit, nonnullaq; etiam de suo addidit, vsus in ea re imprimis Dalechampij consilio. Tandem verò perfectum opus, & prælo com-*

missum, quod amplissimum nunc habemus. Verùm in tam tumultuario & tam amplo opere, vix fieri potuit, quin multa fuerint prætermissa, pleraque transposita, multa immutata, & ex alijs vitiose transcripta: quibus equidem vitijs multarum plantarum historiæ fuerunt obscuratæ, de quibus sæpe vobis fuit sermo cum Dalechampio, qui sanè illa emendasset ac restituisset, si superstes diutius fuisset. De illo etenim profiteri possum, nec diligentiorem in conquirendis vndique plantis, nec acutiorem, aut perspicacem magis in illis dignoscendis, nec in tota plantarum historia magis versatum, nostra ætate fuisse neminem. Inuidit mors nobis, dum illum nobis abstulit. Manebat adhuc in nobis illius emendationis, de qua sæpius inter nos actum fuerat recordatio: Non exciderunt memoria, quæ apud Dalechampium de his, à nobis fuerunt non rarò disputata, & ab illo nobis aliquando indicata. Si quando incidebamus in eos libros, dolebamus, grauiterq́; ferebamus, tot errores, tot deprauata in illis loca conspici, obseruabamus vitiatam multorum locorum lectionem, de suo loco mutatas plantas, suppositios Icones, descriptiones plurimas aut mutilas aut erroneas, confusas in plærisque locis plantarum historias, & multas vel omissas vel immutatas dictiones, quæ plantarum historiam obscurarent. Vtile itaque fore existimauimus, quæ nos animaduertissemus ac restituissemus, palam facere, & quantum in nobis esset his nostris lucubrationibus, aliquam operi lucem adferre, & lectores ea molestia leuare quam in illis notandis essent accepturi. Quæ qualiacunque sint præcor lectorem in bonam partem accipiat, plura & meliora aliquando, si Dominus nostris cœptis fauerit accepturus.

IN

IN HISTORIAM GENERALEM PLANTARVM ROVILLII, DVOBVS TOMIS ET appendice comprehensam breues annotationes & animaduersiones compendiosæ. Authore Iacobo Pons Medico Lugdunensi.

PRIMO TOMO.

Pagina 43. versu penultimo, pro *ferruginea tunica obductos*, lege vt habetur apud Plinium, capite decimo libri decimi quinti, *vestitos ferrugine, & alia intus tunica obductos.*

Pag. 63. versu septimo, ad finem capitis decimi septimi addenda figura & historia *Terebinthi Indici*, ex pagina trigesima prima Appendicis.

Pag. 82. versu quarto, pro *splenijs iucundis*, lege *splenijs mollibus.*

Pag. 133. Ad finem capitis quarti addenda figura & descriptio *Ribes Arabum*, ex pagina trigesima secunda Appendicis.

Pag. 155. Addenda figura & historia *Morusari Syrorum*, quam suspicantur nonnulli esse Ardifrigi Auicennæ, & Audiriam Rhasis, ob foliorum similitudinem, quam habent cum capparibus ex pagina vigesima quinta Appendicis.

Pag. 166. versu decimo tertio post *materies*, lege *inquit Plinius*, & versu vigesimo octauo post *doceat*, lege *ideo tamen Buxum & Indorum Gaiacum, &c.*

Pag. 194. versu quadragesimo, pro *Setius*, lege *Sestius*, & nota descriptionem plantæ istic depictæ esse d'Alechampij.

Pag. 195. versu trigesimo septimo, pro *Vlicem*, lege *Ilicem*.

Pag. 198. versu quadragesimo tertio, & quadragesimo quinto, pro *Anthenoidem*, lege *Anthedonoeidem*.

Pag. 211. versu quinto, pro *è nigro rufis*, lege *vel nigris, vel rufis*.

Pag. 213. Adde præsentis figuræ titulo, *fœmina cum fructu*.

Pag. 227. Titulum tertiæ figuræ sic lege *Cistus folio*, lauandulæ Clusij.

Pag. 252. Addenda hîc figura & historia *Cypri Græcorũ*, ex pagina vigesima secunda Appendicis.

Pag. 278. *Salicis humilis* figura & historia addenda ex pagina vigesima quinta Appendicis, *Saf-saf Syrorum, Zarnabum Arabum, Salis odorata* Ranuolfi. Et ex eiusdem Appendicis pagina trigesima *Salix quam Garab Mauri vocant*, huc transferenda.

Pag. 298. versu decimo quarto, pro *Malus Medica Aurantijs, & Limonijs arboribus magnitudine par est*, lege *Mali Medicæ Aurantijs, & Limonijs arboribus magnitudo par est*. Versu verò trigesimo quinto, post *transpici possit*, lege *eaq;* (expungendo facile) *telis aranearum comparari*, expunge *posse*.

Pag. 299. versu secundo, pro *Portulaca*, lege *Potulaca*. versu penultimo, pro καὶ εἰς, lege καὶν εἰς.

Pag. 301. versu quadragesimo primo, pro *atque*, lege *& quæ*.

Pag. 340. Huc transferenda & ad Caput de

Syco

Sycomoro pictura & historia ficus Cypriæ, è pagina vigesima prima Appendicis.

Pag. 355. Descriptioni *Syringæ*, versu sexto post suauiter olente, adde *odoris floris sparty siue genistæ florentinæ, aut mali aureæ, cum manditur gustu principio subdulci, deinde austero, & postremo subacri & odoris iucundi.* Versu decimo quinto tolle, *ab:* versu decimo sexto, pro *&* lege *hic:* versu decimo nono post *longitudineq́,* adde, *qualis in arundine est:* versu quadragesimo secundo, pro *à pistacijs* lege *ab vnguentaria glomole:* versu sequenti post *folio* lege *est.*

Pag. 365. versu trigesimo quinto, pro *Palma,* lege *palmula:* versu trigesimo nono, pro *palmite,* lege *palmeto:* versu quadragesimo sexto, lege in nominatiuo κυροβάλανος ἀραβική.

Pag. 373. versu trigesimo, pro πόῤῥα βάκτρων, lege παρὰ βάκτρα.

Pag. 423. versu decimo expungenda quæ habentur à medio huius lineæ cuius initium: *cæterùm*, ad lineam vsque decimam sextam, & post agemus subdendum, *nunc* graminis vulgaris vires, &c. Non enim instituit author hoc loco de graminis speciebus agere, multo minus de graminis aculeati generibus, de quibus fusissimè subsequenti capite agit.

Pag. 443. Huius plantæ *Lademum Segetum* appellatæ figura & historia Dalechampij est.

Pag. 472. Adde titulo plantæ quæ dicitur *Phasiolus syluarum, Dalechampij.*

Pag. 503. lege in titulo plantæ ibi depictæ, pro Luneta, *Luneata:* versu verò eiusdem pagina sexto, post *insigni varietate*, adde, *quam plantam Leonicerus Lunariam Italicam vocat:* Lunariam

quidem, quòd eius folia noctu luceant. Italicam verò ad Germanicæ differentiam, & Paronichiæ Dioscoridis satis conuenire scribit, quoniam saxosis locis nascitur, folio pepli, sed maiore & aliquantulum inciso, noctu splendente, flore paruo, luteo, quadrifolio, hyrsuta radice, odore totius plantæ suaui.

Pag. 526. Brassicæ marinæ siue soldanellę addenda ex pagina vigesima prima Appendicis *Brassica Syriaca*, quæ marinæ species est, quamquam radice, flore, folijs & floribus nonnihil dissimilis.

Pag. 554. versu quadragesimo primo, pro *quæ ipsi peculiariter adiungentur*, lege *quidquid ipsi peculiariter adiungatur.*

Pag. 555. versu quinto, *vbi Seris duûm est generum*, sic lege *Seris duûm est generum; Altera syluestris vocatur, stomacho vtilior quàm hortensis; Altera satiua latioribus folijs. Et huius rursum duæ sunt species, Altera folio latiore, lactucæ similior, Altera angustiore folio, gustu valde amaro. Sic enim legendum apud Dioscoridem*, Σέρις διστή: ἡ μὲν ἀγρία πικρὶς, καὶ κιχώριον καλουμένη εὐστομαχωτέρα τῆς κηπευτῆς: ἡ δὲ κηπευτὴ πλατυφυλλοτέρα, καὶ ταύτης δὲ διττὸν εἶδος, &c. versu trigesimo quinto, post *cuius*, expunge *& latiora*, & pro *ori iucundiora*, lege *stomacho salubriora:* versu trigesimo septimo, pro *& latis est folijs & amarescens*, lege *latiore folio & perquàm amaro:* In eadem pagina, versu quadragesimo primo, post hæc verba *duæ species sunt*, expunge quæ inde habentur ad finem vsque paginæ, & eorum loco sic, lege *Plinio capite octauo libri vigesimi intubum duplex est.* Alterum erraticum siue syluestre Ægyptijs cichorium, quibusdam

Ambu

Ambubeïa. Nos cichorium amarum vel cichorium ſylueſtre etiamnum appellamus. *Id olim tantum proueniebat in agris ſponte, nunc verò colitur in hortis, aut ſylueſtris radice tranſlata, aut iacto ſemine vt in duas ſpecies digeri poſſit, nempe ſatiui & ſylueſtris cichorij. Alterũ Seris officinis ſcariola & Endiuia duabus vocibus corruptis: ſcariola quidem à ſeride, endiuia ab intybo. Eſt autem & hæc duplex: altera hortenſis vulgaris in hortis, quæ minor eſt cichoreo nempe humilior, lactucæ ſimilior, latis & admodum venoſis foliis. Hyeme acetaria ex hac fiunt, plantis ſingulis vinculo aſtrictis, obrutis terra, & ſic dealbatis & tenereſcentibus: altera ſeris endiuia ſylueſtris eſt, anguſtiore folio.* Hac in ſumma genuina partitio eſt ac diuiſio intyborum, quam exhibemus tum ex Plinio, tum ex Dioſcoride & aliis grauibus authoribus decerptam hactenus parùm acuratè explicatam.

Pag. 558. verſu quadrageſimo ſeptimo pro *ſucco*, lege, *& aqua ſtillatitia*: verſu ſequenti quadrageſimo octauo, pro, *ad mane rationes*, lege *macerationes.*

Pag. 559. verſu quarto lege *Zacinthiam*, & expunge, *quidam*: verſu vigeſimo ſexto poſt *oriri*, adde, *&*: verſu trigeſimo octauo, pro *Cenæ*, lege *Senarum*: verſu trigeſimo ſecundo loco *Aſphodeli bulbulis*, lege *Aſphodeli bulbis.*

Pag. 560. *Chondrillæ ſpeciebus*, ad finem capitis decimi tertij addendæ picturæ & hiſtoriæ duæ *Chondrillæ Syriacæ*, è pagina vigeſima ſeptima appendicis: verſu vigeſimo, qui eſt tertius capitis decimi quarti pro ἐμφερεῖ, lege ἐμφερῆ: verſu vigeſimo quarto, poſt *plena* expunge, *ſunt, &*.

Pag. 563. verſu vigeſimo primo pro *nec vt,*

lege, *non item.*

Pag. 564. adde Hedypnoi Dalechampij figuram, & historiam & facultates Scorzoneræ Italicæ, hedypnoi cunctis suis partibus simillimæ (nisi eadem sit) à Romano Botanico transcriptam, de quibus posthac in historia pagina 1207. versu vigesimo septimo, pro *erubescentibus*, lege *rubentibus:* versu sequenti, pro *crispidi*, lege *cuspidi:* versu penultimo pro *Lancerus*, lege *Leonicerus.*

Pag. 565. versu decimo sexto, lege *eius folium Ocimum æmulatur*. Plinius iis adnumerat quæ sponte nascuntur, & quibus, &c. versu decimo nono, pro *anagalida*, lege *anagilida*.

Pag. 566. versu quinto, lege *Succus expressus auribus instillatus, punctiones earum & tinnitus tollit:* versu sexto pro *Cercorum*, lege *Corchorum:* versu nono, lege *Asclepiadi similibus, gracilioribus:* versu sequenti, pro *faciebat*, lege *credebat.*

Pag. 571. Prioris Sonchi figuræ titulo, adde, *qui tertius describitur:* Alterius verò titulo adde, *qui secundus describitur:* imagines etenim Lobellij vt describuntur, ita sunt ordine collocandæ, & à figuris Matthioli separandæ.

Pag. 572. Prioris figuræ titulum, ita lege: *Sonchus leuis lacinatis & latis foliis Lobel, qui primus ab eo describitur: Secundæ verò, quæ priori subiicitur figuræ titulum*, ita lege, *Sonchus leuis Lobellij, qui quartus describitur.*

Pag. 578. versu tertio post *foliis*, lege *non multùm laciniatis:* versu sexto, post Matthioli. Sonchus, adde, *est quartus latifolius Lobellij*. Postea verò sic lege, *Sonchus verò asper Mattheoli, Sonchus leuis est Lobellij, primo loco descriptus, Dalechampius, &c.*

Pag.

Pag.595. versu decimo sexto, pro *ex luteo cinereo obsoleri,* lege *ex luteo ac cinereo obsolatis:* quamquam legi potest *obsoleri;* versu sequenti, pro *alio,* lege *circulo:* Eiusdem verò paginæ figuræ secundæ titulo, adde *Trionum quibusdam, Abutilon Auicennæ, Bannia officinis:* Tollenda verò hinc hæc figura, & eius loco ponenda quæ in appendice est, pagina quinquagesima prima.

Pag.602. Primæ figuræ titulus expungendus, & ita inscribendus, LAPATHI syluestris primum genus.

Pag.604. lege, pro HYDROPOLAPATHVM, lege HYDROLAPATHVM.

Pag.609. versu duodecimo, pro *is &,* lege, *qui &:* versu decimo quinto expunge, *appellant:* versu sequenti expunge, *aut,* & quæ sequuntur, aliisve nominibus: Subsequente verò, post &, adde, *rursum Plinius:* versu vigesimo octauo, post ἰσημερίαν adhibe notam (:) & post φθινωπορινὴν, lege ὁ σκόρπιος, expungendo μὲν γὰρ: versu quadragesimo secundo, vbi habetur, post *autumni æquinoctium florent.* Melius ambo post autumnale æquinoctium, & florem. Versu paulò post sequenti pro *accedentem ad purpuram,* lege *purpurascentem.*

Pag. 610. versu quadragesimo septimo, pro *perumens,* lege *proueniens.*

Pag. 611. versu vigesimo quinto, pro *calculi,* lege *cauliculi.*

Pag. 612. Versu vltimo, pro *bina,* lege *Geminũ.*

Pag. 613. versu decimo post *siue succum,* loco, *&,* lege *siue.*

Pag. 619. Circa versum decimum sextum & decimum septimum, restituendæ adscriptæ ex

Plinio

Plinio in margine notæ,& pro *lib.1.cap.13.* legendum *lib.20. cap.3.* & pro *lib. 30. cap.1.* legendum *lib.30. cap.5.*

Pag. 627. Addendæ huic loco duæ figuræ Melongenarum ſiue Melantzanarum cum hiſtoriis ex pagina vigeſima tertia appendicis.

Pag. 629. Expungenda quæcunque habentur à vocabulo *citri*, quod habetur linea quinta ad vocabulum *Geſnerus*, lineæ duodecimæ,atque ſit legendum, *Vt legit Matthiolus & ego citri. Geſnerus quoque Stramoniam, &c.* Addenda verò huic loco veræ nucis Methel Indicæ figura cum hiſtoria è pagina milleſima noningenteſima decimatertia: Addendum & totum caput de nuce Vomica & Methel à pagina milleſima ſeptingenteſima ſexageſima tertia: verſu vigeſimo nono expunge *ſiue nux Methel*, & poſt *igitur*, lege *caulem emittit.*

Pag. 647. verſu ſecundo poſt *margines*, adde *agrorum.*

Pag. 648. verſu primo pro ἐπιπασϐγενον, lege ἐπιπασιόμενον.

Pag. 660. verſu decimo pro *Caltitrichon*, lege *Caltitrichen.*

Pag. 665. *Iberidem* Galenus capite ſecundo libri decimi de compoſitione pharmacorum localium ex Archigene vocat *Lepidium*, & *Cardamomum ſiue Naſturtium ſylueſtre.*

Pag. 698. Addenda huic cuminij ſylueſtris figuræ pictura Conſolida maioris Fuchſij,è pagina noningenteſima ſeptuageſima.

Pag. 700. verſu decimo octauo, pro *argutioribus*, lege *arctioribus.*

Pag. 709. Addenda huic pictura & hiſtoria

Gingidij

Gingidij Syriaci ex pagina trigesima quarta appendicis.

Pag. 711. In titulo secundæ figuræ, pro CEROFOLIVM, lege CHEREPHYLLON: item versu vndecimo.

Pag. 716. versu octauo, post *pingui solo*, lege alterum folio apij, tertium coriandri, caule cubitali,&c. Versu duodecimo, expunge quod est à vocabulo *debet*, ad vsque sequentis lineæ vocabulum *quod est pastinacam*: & eorum loco, lege, *si iam maximè quantum genus facere liceat, aut simile, staphylinus est, quam pastinacam erraticam appellant.* Versu decimo septimo post *tenuiora*, adde hæc, Theophrastus capite decimoquinto libri noni Historiæ plantarum, vnius tantum dauci meminit, cuius radix colore nigra excalefacit & præstantissimum gigni tradit in Patrensi agro, vel vt postea legitur capite vigesimo secundo eiusdem libri in Spartensi Achaïæ: Plinij quidē in distinguendis dauci staphilinij & pastinacæ generibus ea fuit incuria & negligentia, vt magnis ambagibus iudicia lectorum innoluerit. Quæ explicanda duximus vt obscuritatis minus posthac sit, id quod ad capitum sequentium intellectum etiam conducet. Dauci tria genera fusè Dioscorides enarrauit: Plinius verò eorum mutata vel mutilata historia ipsa indicauit. Quantum genus addidere quidam ex Diodori Græci sententia, nempe staphylinū syluestrem, siue daucum officinarum, vt excusanda sit pharmacopolarum consuetudo, qui post Diodorum, staphylinum, syluestrem, daucum nominarunt. Staphylini Græcam appellationem vtinam Plinius seruasset,

uaſſet,nec agreſtem paſtinacam vertiſſet. Atque adeò vtinam Gaza atque Ruellius non ita reddidiſſent: res quidem clarior nunc eſſet. Eſt porrò duplex ſtaphylinus, alter ſylueſtris, nempe daucus officinarum, & Diodori daucus quartus luculenter deſcriptus à Dioſcoride:alter ſatiuus in hortis noſtris frequentiſſimus radice nunc ſubatra,nunc lutea,& interdum pallida,Lugdunenſes vocant *des Pastenades*, Pariſienſes *des Carotes:* Noſtra enim memoria noſtri Lugdunenſes betæ altilis cultæ radices,vocant priuatim *Carotes.* Ab his plantis diſſidet vtraque paſtinaca Gallica, altera ſatiua latifolio,altera ſylueſtris anguſtifolio: de quibus mox agetur. Priorem Gallicum vocauerunt, quod in hortis eam Galli ſtudioſè colerent,& in delitiis haberent. Poſteriorem autem, quod priori ſit perſimilis.

Pag. 717. verſu decimo ſexto, pro *pastinaca minor,* lege *ſtaphylino minor:* verſu vigeſimo nono poſt *Valolebona*, lege *vulgo Venetorum ſaxifragia:* verſu trigeſimo ſecundo, pro *pastinaca ſtaphylinus:* eodem verſu expunge hæc, *ſiue carota ſylueſtris vulgi:* verſu vigeſimo octauo, pro *eandem Carotam ſyluestrem,* lege *eum ſtaphylinum.*

Pag.718. Titulum figuræ capitis decimi quarti ſic lege *Pastinaca* Gallica hortenſis,latifolio:verſu tertio eiuſdem capitis & paginæ quadrageſimo quarto, poſt *Pastenade*, adde *Baucia officinis:* verſu quadrageſimo ſexto, poſt *radicis*, adde *figura:*verſu vltimo, poſt *ſortita videtur.* Hæc adde: Paſtinaca hæc ſatiua in hortis alitur, radice cartilaginea, craſſa, rugoſa, ſucculoſa, pedali nonnunquam longiore,candida,odorata, guſtu acri,

in

in cibũ repetito, caule procero, duro,ſtricto,ſingulari,geniculato,ramoſo foliis in quoque ſcapo multis,numero imparibus,vmbellis amplis,flore luteo , ſemine anethi latiuſculo , acri linguam pungente ſuauis odoris , cùm manditur , & quo venerem præcipuè ſtimulari credunt , vulgo *des Paneſcides*. Græcis ignota fuit, proptereáque nullum ei nomen indiderunt. Radix in cibo ſumpta magis alit quàm radix ſtaphylini hortenſis , appetentiam excitat , prodeſt morbis pulmonis & renum , vrinam ciet , laterum dolores mitigat, flatus diſcutit , ad vulſa & rupta commendatur, ſiccat excalefacit. Semen ea omnia præſtat efficacius, floret Iunio & Iulio.

Pag. 719. Expungenda tota eſt hæc pagina & quicquid habetur in ſequenti , & capite decimo quarto continetur. Retinenda verò figura paginæ centeſimæ decimæ nonæ,cum hac inſcriptione paſtinaca Gallici hortenſis latifolia expungendo, ſatiua vulgo Matthioli.

Pag. 720. Planta cuius figura hîc habetur *ſtaphylinus eſt ſylueſtris* Dioſcoridis, *Daucus* officinarum, *Carota erratica*,quæ hinc amouenda,& præponenda capiti decimo ſexto. De hoc verò Dioſcorides ita ſcribit: ſtaphylinus ſylueſtris folia Gingidij habet , ſed latiora & ſubamara caulem rectum , folia trita , & cum melle impoſita phagædenas vlcerum purgant. Addetur verò huic capiti pictura & hiſtoria paſtinacæ Syriacæ ſiue Secacul Arabum è pagina vigeſima quarta appendicis.

Pagina eadem capitis decimi quinti titulus ita conſtituendus Elaphoboſcum Dioſcoridis,Paſti-

naca

naca Gallica ſylueſtris, ſiue Hibiſcum Plinij.

Verſu paginæ quadrageſimo ſecundo, capitis decimi quinti vndecimo poſt hæc verba *hoc laudatum in cibis*, expunge quod reliquum habetur tota illa pagina, & ſequenti tres lineas, vſque ad *Lugdunenſes*, & eorum loco, ita lege Planta hæc ſine dubio Paſtinaca Gallica ſylueſtris eſt, Græcis incognita, vt & ſatiuæ paſtinacæ nomenclatura ſed ab eis celebrata Elaphoboſci titulo, paſtinacam pratenſem ſiue Hibiſcum alicubi Plinius appellat, alicubi μαλάχην ἀγρίαν, id eſt, maluam ſylueſtrem ſui generis non autem Alceam, quam à medicis ita vocari Theophraſtus prodidit capite decimo quinto libri noni hiſtoriæ, radice, foliis, floribus, caule, ſemine, ſatiuam refert, niſi quod pauciora ſunt folia, minórque radix & guſtu acriore magiſque medicato. Ruſtici Lugdunenſes hodie vocant *Panets ſauuages, &c.* ſequendo quæ habentur poſteà in pagina ſeptingenteſima vigeſima prima.

Pag. 721. Expunge, vt dictum eſt, tres priores lineas ad vocabulum, vſque *Lugdunenſes*: verſu verò vigeſimo ſecundo & capitis decimi quinti vltimo expunge *non*, & ita lege, *qui contra ſerpentium ictus facit eam minus Valentem.*

Pagina eadem, titulus capitis decimi ſexti ita eſt reſtituendus, STAPHYLINVS ſatiuus Dioſcoridis, Carota hortenſis. Quæ autem habentur toto eo capite expungenda & reſtituenda in eum modum qui mox dicetur.

Pag. 722. Figuræ primò titulus ſit eiuſmodi STAPHYLINVS ſatiuus prior, ſecundæ verò, STAPHYLINVS ſatiuus aſper Matthioli. Ita eſt autem

autem reſtituendum caput decimum ſextum ex hac hiſtoria : ſtaphylinus ſatiuus olim neglectus, & pauciſſimis verbis memoratus à Dioſcoride & Galeno, hodie Carota hortenſis inter olera nobis probata magnæ claritatis, in hortis à nobis ſeritur,& colitur diligentiſſimè, ob inſignem in cibo gratiam. Prælonga huic radix nunc lutea, nunc è rubro nigreſcens, & foris & intus, valde craſſa,fibrata,ex grãdiore capite in acutum deſinens, odorata, guſtu ſubdulci & nonnihil acri caulis cubitalis interdum altior, aliquantulum villoſus,teres, cauus, ſurculoſus, folia ſubnigra, valde inciſa, chærephillo propè ſimilia magis & fuſca & inciſa, tactu ſubaſpera, amplus in vmbellis flos albus, ſemen hirſutum, aniſo non diſſimile,Auguſto maturum,floret Iulio. Radix frixa & elixa ex oleo, ſale & aceto plebi cibus eſt gratiſſimus.Quidam putarunt alteram cui radix nigricat eſſe Theophraſti capite decimo quinto libri noni hiſtorię δαῦκον θερματικὸν φύσει καὶ ῥίζαν ἔχον μέλαιναν, περὶ τὴν πατρικὴν, vel vt aliquanto pòſt capite vltimo legitur, περὶ τὴν σπαρτικὴν· τῆς ἀχαίας διαφέρον, quod,vt ſentio,veriſſimile non eſt,cùm ſtaphylinum altilem Gręci à Daucis omnino ſeparauerint, & eum ferè ne memoria quidem dignum cenſuerint ; præter Hyginum qui apud Plinium capite quinto libri decimi noni tradit, ſemine & radice,vere & autumno,mẽſibus Februario, Auguſto & Septembri atque Octobri, ſolo quàm altiſſimè refoſſo Anniculã radicem incipere vtilem (fortè echilem) eſſe. Bimam vtilem, gratiorem autumno patiniſque maxime, ſic quoque vt illi virus ſit intractabile.

Pag. 724. *Siser palustre* Dalechampij est: *Angelicam satiuam* Matthioli, quidam meo sanè iudicio, non falsò Magidarin siue Laserpitium Parnasium esse putant descriptum posthac capite vigesimo primo: versu paginæ decimo quarto, capitis verò decimi noni secundo, lege hanc *tum Angelicam*, tum sancti Spiritus radicem, &c. Versu paginæ quadragesimo, tolle *scribit Pena*, & repone *post Antuerpiæ*, ita legendo nonnullis in hortis Londini Antuerpiæque Pena scribit conspici aliam: & sequenti versu, post *minor est*, adde, *sed*. Et proximo post *spirat*, adde, *&*: versu eiusdem paginæ antepenultimo, pro *vmbellæ cæteráque semina similia*, lege *vmbellis similibus ac semine*.

Pag. 730. versu trigesimo, vbi de Laseripitio prouenientem in Parnaso monte, tale mihi visum est, ac diligenter consideratum & examinatum, anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo Lugduni in officina cuiusdam seplasiarij, colore & rubro ruffescente minus candidis instar benionij, velammonaci, thymiamatis compactiore & solidiore mole, odoréque gratiore quàm in Assa fœtida vulgari.

Pag. 731. versu vigesimo secundo, pro τὸ σόμα μηδὲ πνεῖν εἰ μὴ ἐπολίγον, lege τὸ σόμα ἡδὺ πνέειν καὶ μὴ ἐπ' ὀλίγον, odore iucundissimo, vt siquis degustauerit, suauiter os spiret illi atque id diu (non breui tempore.)

Pag. 740. versu decimo octauo, de hac planta quæ à Matthiolo flos solis appellatur, agitur fusiùs capite trigesimo nono & quadragesimo libri septimi.

Pag. 741. versu quarto, pro *Diaphoboscum*, lege *Elaphoboscum*.

Pag.

Pag. 748. versu decimo septimo, post *oppidi*, adde *Faliscorum*.

Pag. 749. Lege in titulo primæ fiuræ TORTVOSVS MINOR: transferenda autem figura in paginam septingentesimam quinquagesimam nonam, & collocanda post tertiam figuram eius paginæ: neque rectè conuenit de fœniculo tortuoso agere inter Seseli species, melius inter fœniculi tortuosi genera, quorũ hic minor.

Pag. 751. versu tertio, pro *terna*, lege *interna*: versu trigesimo pro *infectis*, lege *insectis*: versu trigesimo sexto post *Tordylum*, adde *sine*: versu trigesimo nono pro *Cærefolij*, lege *Chærephyli*: versu quadragesimo secundo, pro *ex geminis valuulis*, melius *ex geminis plagulis*: versu quadragesimo sexto, post vocabulum *caulibus*, adde *quod*.

Pag. 759. Titulus tertiæ figuræ expungendus, & ita restituendus MEVS *seu fœniculus tortuosus* quorundam, *minor*. Huic autem addenda, & in hunc locum reponenda fœniculi tortuosi minoris & figura & historia, de quo dictum est septingentesima quadragesima nona.

Pag. 767. versu paginæ vigesimo secundo, capitis verò trigesimi quinti octauo, post *albicantia*, lege *& vt volunt sylue stris portulacæ foliis similia*: versu præcedente antepenultimum, pro *hîc*, lege *hanc*.

Pag. 780. versu trigesimo quinto, pro *cauliculis viticeis*, lege *cauliculis flexilibus, viticis modo*.

Pag. 785. versu secundo, pro *rotunda*, lege *teretia*: versu sequenti, loco *habente*, rectiùs *mittente*: in secundo dele, *&*, positum post *rotunda*, & pone post *oblonga, sic radice, multa teretia*, & nigra ca-

pitula mittente.

Pag. 791. Anthrisci historia Dalechampij est: versu paginæ decimo septimo, capitis verò quadragesimi octaui tertio, pro *cum phondrylla, hypochoeri,* lege chondryllas hypochoëride.

Pag. 803. VIOLA LVTEA MVLTIPLEX *Dalechampij est,* quod addendum titulo.

Pag. 814. Addenda huic capiti vndecimo Melanthij Isopyri figura, è pagina millesima vigesima: versu penultimo prò *corymbe*, lege corambe vel coramble, id est, brassica sic dicta παρὰ τὸ ἀμβλύνεσαι τὰς κόρας, hoc est, ab eo quòd oculorum papillas hebetet.

Pag. 820. Prima figura, est floris Constantinopoli maioris, cui subiicienda & figura & historia minoris è pagina octingentesima septuagesima sexta: optimum enim eiusdem generis plantas sese subsequi.

Pag. 821. versu primo, pro *multiplis aspectu suauissimis floribus*, lege *multiplicibus, aspectuque iucundissimis floribus.*

Pag. 825. versu vndecimo capitis decimi septimi post *sed*, lege *in summo minora :* addendum verò huic Medio Dioscoridis Medium Syriacum è pagina trigesima quinta appendicis.

Pag. 846. versu duodecimo melius sic, formæ florum ranunculi *æmulus :* versu decimo sexto, post *fibrosis* subnatis, adde, quidam Alabastritem vocant priorem. Altera descripta est capite quadragesimo primo libri secundi. Vtrique autem nomen à radicis candore Alabastro simili.

Pag. 845. Anemone trifolia Dodonæi, Alabastrites prior quibusdam censetur.

Pag.

Pag. 848. Huic capiti,& loco addenda Anemones Syriacæ pictura & historia, ex pagina vigesima sexta appendicis. Sunt prætereà addendæ figuræ duæ Anemones Penę,cum historia ex pagina millesima septingentesima decima quarta.

Pag. 869. versu tertio,post *Clusius,* lege *vt dictum est capite quinquagesimo quarto libri secundi:* versu octauo, post *Matthiolus*, adde, *vt dictum suprà capite vigesimo quarto,* libri sexti.

Pag. 874. Addenda ad finem capitis quadragesimi quarti Chrysanthemi latifolij figura & historia ex pagina millesima trecentesima quinquagesima octaua.

Pagin. 876. De priore planta Chrysæa Dalechampij,vide quæ adnotata sunt pagina millesima ducentesima tertia : adde præterea titulo secundæ eiusdem paginæ figuræ, post Flos coccineus, *siue Constantinopolitanus minor:* transferenda autem hinc planta hæc cum historia in paginam octingentesimam vigesimam, & collocanda post florem Constantinopolitanum maiorem,vt notatum est suprà pagina citata.

Pag. 905. versu vndecimo, post *Ceuenæ,* adde, *& Allobrogum:*versu decimo nono, post *suauiore,* adde *huius species est, sed strigosior, & foliis paucioribus, quam Melissophylum montanum vocat Fuchsius,* pictum posthac capite trigesimo septimo.

Pag. 921. Vbi de *Spica nardi.* Huc transferenda pictura & historia Nardi Indicæ ex pagina decima sexta appēdicis. Cæterùm diuersam ab hac & quæ hîc exhibetur figuram Botanicum Romanū nobis obtrudit pagina trecentesima quinta:sed ni fallor,dubia fide,& tamen nō hîc omit-

tendam, de re ipſa ſponſor ſatis det.

Pag. 924. Nardi Celticæ figuræ addenda figura & hiſtoria Saliuncæ Neapolitanæ ex pagina noningéteſima octogeſima ſecunda:huic etenim admodum ſimilis.

Pag. 926. Addendæ huic Nardo montanæ figuræ duæ miſſæ ex Hiſpania ab Auguſtino Leone Palentino, quæ in hac hiſtoria deſiderantur, quas accepimus à domino Dalechampio, & ſi quando hęc hiſtoria typographo denuò committatur ſumus exhibituri.

Pag. 945. Figuræ plantæ ſeminis ſancti, Matthioli hîc depictę addenda figura Sceha, cum hiſtoria ex pagina trigeſima ſexta appendicis.

Pag. 951. Expunge in titulo primæ figuræ, *alia*, & loco eius ſcribe *prior*. Eſt hæc Dalechampij.

Pag. 958. Planta hîc exhibita & depicta ſpecies eſſe videtur calamithes montanæ tertiæ ſupra deſcriptæ.

Pag. 965. verſu decimo, loco *omnéſque acrimonias*, lege *omnes timores ex acri humore genitos*.

Pag. 967. verſu penultimo pro *Cneurum*, lege *Cneorum*.

Pag. 968. De ſerenda prope aluearia apum libanotidem fuit Dalechampij ſemper opinio, quod miror Molinæum ipſi non tribuiſſe: verſu quarto, poſt *figuram*, adde *Roſmarini* Boëmici.

Pag. 970. Anthemidis Eranthemos figura hinc tollenda, & reponenda in paginam ſexcenteſimam octauam.

Pag. 981. Addenda capiti huic quadrageſimo ſexto, planta Rhaſut & Rumigi Maurorum, ex pagina vigeſima nona appendicis.

Pag.

Pag. 982. Saliunca Neapolitana addenda Nardo Celticæ depictæ pagina noningentesima vigesima quarta cum sua historia.

Pag. 999. versu secundo post *videri*, adde *quę*, pro *his*, lege *illis*: versu septimo post *tacta*, adde *in*: versu octauo, pro *eius rei*, lege *salsuginis*: versu vndecimo, pro *Calamochmum*, lege calamachne: versu decimo sexto, post *lacúmve*, lege humor salsus foris sese exoneret: versu sequenti, pro *cedentibus*, lege *descendentibus*.

Pag. 1015. Quadrifolij phæi pictura addenda huic ex pagina millesima vigesima sexta quia sũt ex genere lentis palustris.

Pag. 1020. De Isopyro locus huic figuræ esse debet inter Melanthij genera, pagina octuagentesima decima tertia, quæ hîc malè inserta est. De ea etenim hîc obiter tantùm agitur.

Pag. 1021. *Alsinæ aquaticæ*, vires quales recensebimus sunt addendæ huic capiti decimo sexto, in quo ipsæ desiderantur. Valet Alsine aquatica ad concretum sanguinem, pleureticis prodest, misto prius sanguine ad ignem, obiecta, lance siccata & trita pota cum aqua cardui benedicti, vel spinachiæ syluestris, vel quauis alia febrem non augente drachmæ pondere. Si concreuerit sanguis casu ex alto, vel nimio labore calefactis membris effuso, aut si quid ruptum sit non febricitanti datur ex vino albo, sic & calculosis, & in frigida fluxione, in qua laudant etiã eam factam & admotam capiti. Equis coli dolore vexatis, aut refrigeratis postquam incaluerũt, datur ex aqua tepida cum auena vel furfure. Canibus verò ex alto præcipitatis cum oleo vel butyro. Hæc plan-

ta. Trecentibus Gallis, herba fontis Arlori vocatur, quòd in eo fonte plurima gignatur celebri ob aquarum vberrimam copiam ſtatim à ſcaturigine multas aquarias molas verſantem. Credit vulgus multa radice niti, & ita vagã per aquam fluitantem conglobari, quod minimè verum eſt.

Pag. 1025. His Limonij figuris addenda pictura cum hiſtoria Limonij Syriaci ex pagina triceſima quinta appendicis.

Pag. 1026. Hæc Tethraphylli figura, addenda figuræ lentis paluſtris alterius cum hiſtoria & referenda in paginam milleſimã decimam quintã.

Pag. 1046. Huic Coniſæ addenda ex pagina vigeſima appendicis pictura & hiſtoria Coniſæ Syriacæ.

Pag. 1050. Ad finem capitis vigeſimi quinti, adde de Vetonica fœmina Matthioli conſideranda, quæ adnotata fuerunt pagina milleſima ducenteſima quadringenteſima.

Pag. 1087. Addenda pimpinellæ ſpeciebus & picturis Sanguiſorba ſpinoſa, ex pagina trigeſima quarta appendicis.

IN SECVNDO TOMO.

Pag. 1104. Addenda huic Lycopſidis figuræ Lycopſis Syriaca, ex pagina vigeſima octaua appendicis.

Pag. 1134. Eruca muralis & Aſarum muri Dalechampij ſunt.

Pag. 1138. Vtraque figura ad Dalechampium referenda.

Pag. 1139. Dentellariæ prima figura amouenda,

quia

quia imperfecta: retinenda verò quæ perfecta conspicitur, pagina millesima ducentesima nonagesima septima. Alterius autem quæ hîc habetur dentellariæ species Dodonei, Coraloides altera Cordi figura transfereda est in caput quadragesimum primum libri vndecimi: expungenda verò ea omnia quæ hoc toto capite vigesimo quarto continentur.

Pag. 1162. *Chamædryos vulgaris* figura hîc depicta expungenda: Retinenda verò quæ inscribitur *Chamædrys mas Matthioli & Fuchsij*. De priore etenim, & de vulgari fœmina dicetur pagina millesima trecentesima trigesima septima, quo in loco tum hæc, tum quæ pagina sequenti sub *chamædrys vulgaris fœmina Fuchsij* titulo describitur, habentur depictæ & illustratæ sua historia.

Pag. 1163. Versu vndecimo, post *serratis*, lege *vt quercus, sed minus profundè incisis, numerosis, ex aduerso binis.*

Pag. 1168. *Sinapi album* Dalechampij est.

Pag. 1184. Titulo secundæ figuræ, adde, *Dalechampij*.

Pag. 1186. Addenda pictura & historia Behen albi, è pagina trigesima quinta appendicis.

Pag. 1195. Titulum figuræ sic lege PHYLLVM *Thelygonum, Bryonia Dalechampij.*

Pag. 1196. Secundæ figuræ titulum sic lege PHYLLVM *Bryonia* Arrhenogonum maius Dalechampij: Tertiæ verò figuræ quæ primæ ex aduerso est, Titulus sit eiusmodi: PHYLLVM *Bryonia Arrhenogonum minus Dalechampij.*

Pag. 1197. In titulo primæ figuræ post *Arrhenogonum*, lege *&*.

Pag. 1199. Ad finem capitis quinquagesimi septimi, adde, *his reseda generibus affine est Antirrhinum Tragi, de quo pagina millesima trecentesima quadragesima secunda.*

Pag. 1200. Addendum Tragum, alterum Dioscoridis, Secudes & Secudus Auicennæ, ex pagina vigesima nona Appendicis.

Pag. 1203. Vtraque Doronici figura cum historijs hinc amouenda, & referenda in Caput de Aconito, pagina millesima septingentesima trigesima septima, & tantùm seruanda hîc cum historia sua, prima Doronici figura, quæ habetur præcedenti pagina capite septuagesimo secundo insignita hoc titulo Doronicum minus officinarum Penæ & Lobellij.

Pag. 1205. PERSICARIA Siliquata adiungenda capiti de Chrysæa, quod habetur pagina octingentesima septuagesima sexta: inchoandúmque sic hoc caput: SVPERIORI *nisi eadem cognata est herba, quæ in montibus & collibus asperioribus Germaniæ, &c.* versu verò tertio post *Belgis*, lege *verò*: versu nono, pro *turget*, melius *turgens*, vel *turgida.* Ad finem verò capitis huius septuagesimi sexti, adde, *quidam putarunt* esse Delphinium, quòd flos imaginem Delphini, quem hyantem & curuum in tabernarum insignibus solent pingere, vtcumque repræsentet. At imagines illæ fictitiæ sunt, non veræ, & alia non conueniunt, quæ Delphinio historia sua tribuit.

Pag. 1207. Adde capiti septuagesimo nono quod de *Scorzonera* est. Multi nec futili aspernandaque coniectura Plinij Catabricam Scorzoneram esse putant, quòd in Cantabris gignatur,

tur, & multum polleat contra venena Botanicum Romanum Scorzoneram Italicam, vulgo dictam Castracane, pingit, Hedipnoidi siue Denticanis simillimam, radice, folijs, cauliculis, flore: nascentem in arenosis, & circa Viterbum copiosè. Totius plantæ in aceto decoctæ ea vis est, vt vncia manè sumpta, à lue pestis defendat etiã eos qui cum peste correptis versantur. Idem decoctum ad vnciam vnam vel duas sumptum, horis viginti quatuor, posteaquam malum inuasit; prouocato sudore breui sanat. Decoctum paratum cum iusculo pulli, ad pestilentes febres, & prodeunt ac in illis febribus ex anthemata valet. Admota verò & trita planta tota ad rabidis carnis morsum valet. Vnde fortassis Castracáne vocauerunt. Aqua stillatitia verè parata his omnibus prodest. Aqua in qua coxerit, autumnales & diuturnas febres prorsus curat.

Pag. 1240. Expungenda *Veronicæ fœminæ* pictura. Nam præter quod inter *Elatine* species nõ numeratur, de hac dictum est libro de Palustribus capite trigesimo quinto pagina millesima quinquagesima amplissimè. Titulo secundæ figuræ quæ est è directo primæ, pro *Rusti,* adde, *Rustica.*

Pag. 1253. Vtraque Ballotæ crispa Dalechampij est.

Pag. 1256. Addenda pictura & historia Plantaginis Syriacæ, ex Appendicis pagina vigesima prima.

Pag. 1285. In titulo primæ figuræ, lege *Dodonæi.*

Pag. 1290. In trium figurarum Centaurij ti-

tulo,

tulo, lege *Dalechampij*.

Pag. 1296. Versu vigesimo septimo, post *fragili*, lege *quæ* : & versu vigesimo octauo, pro *constans*, lege *constat:* à versu sequenti post *Amblatum videtur esse*, expunge quæ toto capite reliquis in paginis continentur : & in paginam sequentem millesimam ducentesimam nonagesimam septimam referendum caput vigesimum quartum libri decimi cum suis imaginibus, & ex historijs duabus illis cum istis vna condenda. Adde verò titulo prioris picturæ, sine caule & flore. Subditæ priori figuræ titulus sit Dentellaria Rondeletij Monspessulana, cum caule & flore. Titulum verò eius quæ è regione est talem constitue, Dentellaria Lobellij Lepedij species.

Pag. 1299. In titulo tertiæ figuræ, lege, pro *Saluifolium*, *Saliuæ folio*.

Pag. 1303. Amouenda hinc tertia figura quæ inscribitur *Verbasculum* : bis enim picta iam est. Capite scilicet trigesimo quinto libro nono Tomi primi, pagina millesima quinquagesima, & superiori huius tomi, capite decimo tertio, pagina millesima ducentesima quadragesima.

Pag. 1307. In titulo primæ figuræ, loco, *quorundam*, lege Dalechampij.

Pag. 1326. versu decimo sexto post hæc verba *hæc Lobellius*, adde, nascitur & hîc copiosissimus in Segusianis ad pagum diui Antonij, in vliginosis, & madidi soli cespitibus, iuncis simul plurimis dodrantalibus, ex eadem gleba confertim prodeuntibus, rectis flexilibus coloris è ruffo rubescentis, minimis & densissimis folijs, pusillis capitulis lini, ex illis purgatis, & erasis Ro-

thoma

thomagenſes ſcoparij, in congeriem aceruatis ſcopas conficiunt vſitatas Galliæ toti, excutiendo pulueri, & ſordibus mundandis veſtium lanearum ac holoſericarum.

Pag. 1336. In titulo primæ figuræ expunge *Quorundam.*

Pag. 1337. Vide quæ de Hyerabotane adnotata ſunt pagina milleſima centeſima ſexageſima ſecunda.

Pag. 1340. In titulo ſecundæ figuræ lege *Antirrihinum.*

Pag. 1342. Verſu vigeſimo tertio, loco, *feritur,* lege *naſcitur:* verſu vigeſimo ſexto, pro *linimentis,* lege *lineamentis*, adde, Antirrhinum hoc Tragi Reſedæ generibus ſuprà deſcriptæ capite quinquageſimo ſeptimo libri decimi adnumerant.

Pag. 1346. Verſu vltimo capitis ſeptuageſimi quarti, loco *viretis,* lege *hortis.*

Pagin. 1348. Addenda alterius Aſtragali Syriaci & pictura & hiſtoria, ex pagina vigeſima ſexta Appendicis.

Pag. 1356. Verſu ſexto capitis octuageſimi pro *à Terebinthinæ dote ſimilis,* lege *à facultate viribus Terebinthinæ ſimilibus.*

Pag. 1357. Verſu primo, pro rypticis, lege *Errypticis.*

Pag. 1358. Titulum primæ figuræ, lege *Alopecuri genus, Alopecuros montana:* Subditę verò Chryſanthemi latifolij figura cum hiſtoria, cum referas in paginam octocenteſimam ſeptuageſimam quartam, vt Chryſanthemi tertium ſit genus.

Pag. 1368. Ex Botanico Romano pagina trecenteſima ſecũda, hic addenda figura muſci marini

rini fruticosi. Est verò is frutex coralinæ similis, ligno vieto, tenaci, duro, ramorum tuberculis instar fructuum, quibus pusillum animal includitur, quod vase pertuso egreditur & auolat. Nascitur in maritimis. Ad authorem misit Certusius eius ramenta: Ex vino dantur in affectibus cardiacis fœlicissimo successu, quamobrem cardiacam corallinam appellant.

Pag. 1371. Versu vigesimo nono, pro *inario*, lege *inarescit*.

Pag. 1372. Cõferuæ Marinæ genus hoc idem est cum Corallina Britannica, de qua præcedenti pagina, sed auulsum è natali sede, breuius & tenerius.

Pag. 1378. Addenda ex pagina vigesima Appendicis Kali Arabum secundi generis pictura & historia, tum etiam prioris generis ex pagina decima nona eiusdem appendicis.

Pag. 1379. Versu decimo septimo post *Christmum enim*, adde, *quod* vera *portulaca marina est*, descripta nomine Halimi, pagina quingentesima quinquagesima secunda: versu paginæ vigesimo primo, decimo vero quarto capitis decimi quarti, pro *Micone*, lege *Icone*.

Pag. 1382. Versu decimo sexto, post *facie*, lege *Matthioli*: & versu quadragesimo secundo, pro *more secundarum*, lege *cùm secundæ morantur*.

Pag. 1388. Amouenda secunda figura cui titulus TRAGON Matthioli & Lobellij: est enim figura Gallij albi: & in eius locum reponenda pictura Tragij Matthioli è pagina millesima quadringentesima septuagesima septima, infra posita.

Pag.

Pag. 1392. Adde titulo ſecundæ figuræ, *maritimum.*

Pag. 1424. Verſu vigeſimo nono, poſt *ſparguntur*, adde, *quidam Feſti*, ſcandulacam eſſe putãt, voluuli genus, frugibus inimicum, quod eas hederæ modo implicando necat: Quidam Orobanchen eo loco interpretantur.

Pag. 1429. Adde titulo primæ figuræ, *Dalechampij.*

Pag. 1450. Amouenda hæc Cnici ſylueſtris figura, expungenda verò quæ habentur in textu à verſu vigeſimo ſecundo qui incipit *Cnicus ſylueſtris*, ad verſum trigeſimum ſeptimum vſque: & pro ijs, legendum *Cnicus ſylueſtris prior ille fuerit quem pinxit Chiſius:* Alteram Cnici ſylueſtris ſpeciem, &c.

Pag. 1452. Verſu vigeſimo nono, pro *Chameleonem aliqui Ixiam vocant*, lege *Chamæleonem album, Ixiam aliqui vocant*, & poſtea ſic, *Nam duo eius genera, Ixias candidiora aſperiora, &c.* Et verſu ſequenti, pro ſuauiſſimo, lege *grauiſſimo.*

Pag. 1454. Verſu trigeſimo ſexto poſt hæc verba *Chamæleonem nigrum ipſemet ſtatuit*, vſque ad ſequentis paginæ tertij verſus hæc, *Chamæleonem nigrum in Gallia, &c.* Expunge quæ continentur comprehenſa lineis decem & ſeptem, & pro ijs ita lege, *Tragus Carlinam officinarum Chamæleonem vulgarem nigrum facit, exiguum cardui genus eſt ſine caule, quod Cordus Chamæleonem album putat, Lobellius verò Septentrionalium vocat, vbique ferè prouenit, inquit Tragus, potiſſimum in aſperis montibus, ac denſa albaq; terra radice folijs & ſemine Chamæleoni vulgari ſimile, ſed minus caput aculeatum caule caret, & humi*

procum

procumbit: flos purpurascit è pallido, similis cæteris carduis Lobellius scribit, Angliæ collibus Picardiæ & Gallobelgij satorum marginibus, obuium & frequentem esse hunc Carduum, figura & folijs Carlinæ, sed retusioribus, lacinijs minoribus capita Carlinæ vulgaris caule carentia, flores purpureos in pappos euanescentes, Radices aliquantulum rubescentes, grauissimi odoris, Augusto mense floret. Chamæleonem nigrum in Gallia nusquam reperit Dalechampius, &c.

Pag. 1455. Expunge tres lineas priores vt dictum est, & in titulo primæ figuræ, *Dalechampij.*

Pag. 1467. Versu decimo capitis decimi tertij, post *caule,* adde, *duro*: versu duodecimo post *longis,* lege *asperis aculeatis*: & post *laciniatis* fac virgulam: versu verò decimo tertio, post *echinatis,* adde, *munitis vallo foliorum angustorum per extrema pungentium*: & post *floribus luteis,* adde, *magis quàm in Cnico hortensi.*

Pag. 1468. Versu nono, *&,* lege *nec.*

Pag. 1474. Adde capiti vigesimo primo, *in Botano Romano pingitur & describitur spinosa planta antiqua Spaccalochio vulgo dicta, humi folijs stratis, eryngio similibus, spina cãdida in horum medio iacente, sine caule, cuius decocto scabies sanatur: ea nisi caulis deesset, existimaretur esse Myacanthum Theophrasti recens natum, & quod nodum assurgere cœperit.*

Pag. 1477. Addenda Tragacantha secunda, ex pagina trigesima secunda appendicis.

Pag. 1485. In hoc caput trigesimum transferenda est Hippophais pictura siue historia ex pagina millesima septingentesima quinta, adiectis tantùm ad finem capitis huius quæ Anguillara & Ruellius tradidere, quæ habentur ab octaua linea

linea capitis trigeſimi primi libri decimi ſexti, ad decimam quartam vſque paginæ eiuſdem.

Pag. 1494. Prioris figuræ titulus eiuſmodi eſſe debet, LILIVM coloris cruori ſimilis, bulbos in caule gerens, Lobellij.

Pag. 1497. Capitis huius primi fini addendum Lilium album Syriacum, ex pagina trigeſima appendicis.

Pag. 1499. Adde titulo primæ figuræ *Luteum.*

Pag. 1502. Verſu decimo tertio, poſt *videtur eſſe,* adde, *In Preneſtinis campis ſponte naſcens, ac ſine modo etiam in Rhemorum agris:* verſu vigeſimo ſeptimo & vltimo eius paginæ, poſt incompertum eſſe, adde, *Dodonæus ait,* arnithogalum luteum vocat Lobellius. Sunt qui, &c.

Pag. 1503. Verſu quarto expunge, *Quem rura Gallica, quod radice & folijs porrimi imitetur Porrion vocant:* verſu decimo expunge quæ continentur à vocabulo *ſuffodiant,* vſque ad vocabulum ſunt enim hæc referenda in paginam 1523. vbi de Narciſſo. *Dodonæus* verſu vigeſimo quarto, eadẽ pagina de bulbo æſtiuo vide quæ adnotata ſunt pagina milleſima quingenteſima decima tertia.

Pag. 1504. Verſu ſecundo, poſt *hunc,* adde, *Tiphyum.*

Pag. 1511. Verſu ſecundo, poſt *ſaturato,* adde, *odore, qualis eſt malorum exiguo, verùm ſuaui:* verſu vigeſimo ſexto, poſt *nuncupauit,* adde, verior eorum ſententia & probabilior, qui Bulbonem Plinij eſſe credunt capite nono libri vigeſimi, herbam, bulbo ſubrubicundo, qualem lanolatis bulbis eſſe idem Plinius tradit capite quinto libri vigeſimi: verſu quadrageſimo primo, pro *ge-*

minum, lege *secundum*. Notandum autem Hyacinthum maiorem Fuchsij hac in pagina depictum, idem esse cum bulbo esculento minore, aut certo non valde dissimilem.

Pag. 1512. Titulus primæ figuræ sit eiusmodi: HYACINTHVS *maior, quorundam Balbus syluestris, sine flore, cum suis tantùm vasculis.*

Pag. 1513. Hyacinthi autumnalis Dodonæi figura hinc amouenda vnà cum historia, cuius initium ad decimum quintum versum *quintus hyacinthus, &c.* Ad lineam decimam quintam vsque sequentis paginæ, quæ finitur his verbis: *Cætera prorsus eadem, sed minora*, cum historia: iam enim est ostensa pagina millesima quingentesima tertia.

Pag. 1514. Prior figura cuius titulus HYACINTHVS autumnalis maior est transferenda in paginam millesimam quingentesimam tertiam, cum breuiuscula historia quæ habetur incipit versu decimo quinto huius paginæ his verbis: *eius aliud genus*, & finitur versu vigesimo.

Pag. 1516. Versu penultimo, post *herbaceus*, legendum, *Omnes hi verni: florent enim post æquinoctiũ, Serotini quidam*, post *Arcturum, Autumno clarius, aliquanto*, post *&c.*

Pag. 1523. Versu tertio, post *dicetur*, adde, & Porrion, præsertim rusticis: versu decimo septimo post *perinde*, lege νάρχλω: versu vigesimo primo, post *quidam bulbum vomitorium*, adde, *& probabili iudicio*: Nam cùm Dioscorides scribat Bulbum eum habere folia lentiora multo, & longiora, quàm bulbum esculentum, radicem similem bulbo, contra nigro, eaque si vel edatur, vel eius

eius decoctum bibatur, & vesicæ mala iuuari,& cieri vomitioně, quod in vsu radicis huius plantæ est cognitum.

Pag. 1526. Simul iunctarum figurarum altera amouenda, iam enim exhibita & descripta pagina millesima quingentesima vigesima tertia nomine Narcissi lutei: prioris verò titulus sit, LEVCOION *Triphyllon.*

Pag. 1583. Amouenda ornithogali lutei figura, & historia, quę inchoatur versu decimo septimo per hæc verba, Ornithogali speciem, &c. & finitur septimo versu paginæ sequětis: iam enim & depicta & descripta est pagina millesima quin gentesima secunda, relinquendáque illic quæ tradita est descriptio. Plantæ tertiæ, quæ est è vicinia Ornithogali titulus expungendus, nō enim ea Narcissus est, sed planta media inter Narcissos & Ornithogala.

Pag. 1585. Ad capitis decimi noni, hæc adde: *Quidam Trasi esse volunt Malinathallam descriptam à Theophrasto, capite decimo libri quarti Historiæ plantarum, in sabuletis non procul à Nilo dissitis nascentem: rotundā, magnitudine Mespili, folio cyperi, perdulcem, quam indigenæ coctam in hordeaceo zytho, pro bellarijs esitant.*

Pag. 1594. PSEVDOMOLY *Dodonæi* hîc depictum, non multum diuersum à gramine maritimo depicto pagina millesima trecentesima nonagesima prima.

Pag. 1595. Versu tertio decimo capitis vigesimi tertij, pro *intus habet mammam candidam extra cortices nigros,* lege *Corticem habet extra nigrum, quod verò intus est candidum.* Amouenda autem hæc fi-

gura,& in eius locum ſubſtituenda,quæ habetur pagina milleſima ſexcenteſima quinquageſima prima: verſu vigeſimo ſecundo, poſt *legitur Vere,* expunge quæ ſequuntur ad ſecundæ ab hinc lineæ extremam partem quæ incipit, *primo ſtatim Vere:* verſu vigeſimo quinto,poſt *ab radice,*expūge *exeuntibus nigrioribus tamen,*& eorū loco,lege *folia exeunt rutæ nigriora.* Et ſequenti linea, poſt *procurrente,* lege *Cauliculi iuncei ſubrubentes* lacteo ſucco madentes.

Pag. 1608. Addenda *Chryſogoni* figura & enarratio ex pagina vigeſima octaua appendicis. Pictura verò *vmbilici Veneris* cum ſua hiſtoria referenda eſt in paginam milleſimam trecenteſimam vigeſimam ſecundam.

Pag. 1634. Titulus figuræ depictæ in ea ſit eiuſmodi Elleborum nigrum prius Mattheoli flore purpureo Eptaphyllon.

Pag. 1635. Verſu vndecimo, pro *gemino*, lege *genuino*: verſu penultimo,poſt *tres plantas complexus,* lege *primam, nimirum Saniculam fœminam, cuius imago exhibita capite trigeſimo libri vndecimi, pagina milleſima ducēteſima ſexageſima nona, Genuinum Dioſcoridis Elleborum,&c.* figuræ autem hac in pagina depictæ Titulus ſit, ELLEBORVS *niger tertius* Matthioli Erreaphyllon. Verſu vltimo poſt vltimam dictionem, adde, vt ſupra in eius hiſtoria eſt memoratum.

Pag. 1636. Verſu primo, pro *aut quinas crenas profundiùs fiſſa*, lege *aut quinas partes profundiùs ciſſa crenata vitis*: verſu quadrageſimo ſeptimo,poſt *Dodonæus*, adde, *quod eſt Elleborus niger Matthioli herbaceo flore.*

Pag.

Pag. 1637. Versu decimo tertio, expunge quæ habentur, post *causticæ naturæ,* vsque ad *Fuchsius, &c.* scilicet quæ includuntur his duabus vocibus *naturæ* & *Fuchsius*: versu vigesimo nono, pro *folijs,* lege *fibris.*

Pag. 1639. Versu trigesimo quarto, post *radicula,* adde, *struthio,* scribendo virgulam, post *radicula.*

Pag. 1650. Addenda ex pagina vigesima secunda Appendicis pictura & historia *xabræ linacomorroni*, Rhasis *Tanaghut* siue *Sabeam*, fortassis *Scabeam Arabum.*

Pag. 1651. Capite octauo, expunge quæ habentur à versu decimo tertio cuius initium, *exit vno loco,* ad versum vigesimi primi, & post *montosis,* vltima dictione versus duodecimi, lege *radice nunc maiore & crassiore, cui minora folia, ramuli breuiores ac teneriores, nunc minore & teneriore, cui folia paulò maiora, & ramuli longiores. Hunc Tithymalum Græci, &c.* Versu quadragesimo expunge totam lineam & loco eius, sic lege *de quibus suprà verba fecimus capite vigesimo tertio libri superioris.*

Pag. 1664. Versu decimo, cap. decimi quarti, post *sarmentoso, vtrunque tamen rectè legitur, vt constat ex alio loco Plinij libro vigesimo quarto capite decimo quinto, vbi in petrosis nasci Chamelæam scribit.*

Pag. 1669. Versu duodecimo, post *refert,* adde, *qui ericam Alexandrinam vocat.*

Pag. 1671. Versu decimo nono, post *rumpi,* adde, *At*: versu verò vltimo & ad huius capitis decimi septimi finem, adde, ex pagina millesima sexcentesima octuagesima prima, quæ habentur, ex capite vigesimo libri decimi sexti, à versu

quarto paginæ eiuſmodi milleſimæ ſexcenteſimæ octogeſimę primæ ad capitis vſque ad finem, quæ hûc transferenda ad huius capitis decimi ſeptimi finem.

Pag. 1680. Alterius plantæ qui titulus ALYPVM *Penæ* figura hinc amouenda, iam enim fuit depicta pagina ſuperiore milleſima ſexcenteſima ſeptuageſima prima, quo referenda eſt eius hiſtoria.

Pag. 1689. Capiti huic de Tamarindis præponenda figura plantæ cum hiſtoria, è pagina nona Appendicis, omiſſis nomenclaturis quæ ſunt in fine illius capitis: quoniam habentur in huius initio.

Pag. 1693. Addenda ex Coſta Indicæ Aloës figura, optimè huic loco congruens.

Pag. 1698. Ad capitis huius vigeſimi octaui libri decimi ſexti finem, addenda figura & hiſtoria ſpinæ Perſicæ ex qua Manna colligitur, ex pagina viceſima quarta Appendicis.

Pag. 1703. Verſu quadrageſimo primo ſic habet Dioſcorides, εἶτα ἐξ' ἀναδόσεως ἐμπικρος, id eſt mox ex diſtributione amareſcit. Quare tum hîc, tum apud Serapionem malè malefactione ſiue ἐξ' ἀναδύσεως, pro ἀναδόσεως legitur: quamquam vtraque lectio vera ſit, nam vbi ſaluia madeſcit agariam, penitus ſubit linguæ tunicam atque arctius diſtribuitur, vnde amaroris ſenſus qui primo antequàm madefactus diſtribueretur non percipiebatur. Sic Meſus Agaricus primo, guſtatu dulcis, mox verò amareſcit, quod cuiuis experiri licet.

Pag. 1705. Transferenda hæc Hipophaes planta in paginam milleſimam quadringenteſimam

mam octuageſimam quintam, additis, præter hiſtoriam illic traditam, ijs quæ Anguillara & Ruellius narrant, hîc adſcriptis à linea octaua ad decimam quartam vſque, incluſiuè, in quibus verſu ſcilicet duodecimo eius capitis expunge *Anguillara* & poſt *naſcitur* notetur punctũ; & pro *Anguillara*, lege *Idem*, ita vt lectio ſit eiuſmodi: *In maritimis ac ſabuloſis; vt Dioſcorides ſcribit, naſcitur. Idem in arenoſis & maritimis locis, &c.*

Pag. 1714. Transferenda vtraque pictura in paginam octingenteſimã quadrageſimam octauam, cum hiſtoria toto capite comprehenſa, in qua verſu vigeſimo tertio paginæ ſequentis, pro *Geracij*, lege *Geranij*.

Pag. 1730. Verſu decimo octauo, poſt *Malinathalla*, ſic lege. De qua Theophraſtus ſcripſit capite decimo libri quarti Hiſtoriæ plantarum: & quam Traſos eſſe noſtros multi arbitrantur, non conuenit, folia enim quæ cum Cyparinis Theophraſtus comparat, vt ſupra dictum eſt, pagina 1585. multùm diuerſa ſunt. Verſu vigeſimo ſecundo, pro *feruntur*, lege *Aiunt*: verſu vigeſimo quinto, expunge *inferri ac edi*, & ita lege *pipere cocta & in cibo ſumpta, minus mali ſucci eſſe, &c.*

Pag. 1735. Verſu trigeſimo ſecundo, poſt *aſſerit*, lege *folia id tria edit a radice:* verſu quadrageſimo quinto, poſt *perſeuerat*, lege *libro quem hortos Germaniæ nuncupauit*: verſu penultimo, poſt *fibris*, adde, *veluti in Dentaria maiore picta pagina milleſima ducenteſima nonageſima ſexta, quod in plantis rarum eſt. Sed ego Aconitum, &c.*

Pag. 1758. Transferenda huc *Caryophylli Coſtæ* figura & hiſtoria, ex pagina quinta Appendicis.

Pag. 1760. Huc transferenda *nux Myriſtria* à Coſta, è pagina quinta Appendicis, cum figura & hiſtoria.

Pag. 1761. Palma Elephanti ſiue Lucuphoros à Coſta cum hiſtoria & figura huic addenda, tum etiam arboris figura abſque hiſtoria ex pagina ſeptima & octaua appendicis.

Pag. 1763. Totum caput de *nuce Methel* huic amouendum & addendum capiti trigeſimo tertio libri quinti pagina ſexcenteſima vigeſima nona: in hoc verò capite hæc notanda primùm quod de nucis Methel colore inter glaucum & album dicitur intelligendum vbi matura: verſu ſeptimo, pro *aſpero*, lege *ſpinoſo:* verſu octauo, poſt *nuci*, adde, *Vomicæ:* expunge tanquam ſuperfluum quod eodem verſu ſcribitur *nuci Vomicæ ſimilis eſt:* verſu decimo tertio, poſt *in album vergente*, id eſt ſubfuſca, qualis eſt quæ palam habetur in officinis, & qualem dixit paulò antè Abraham, coloris inter glaucum & album.

Pag. 1764. Verſu decimo tertio in dictione σικύȣ, tolle ȣ, redundat enim: verſu duodecimo, poſt *fructum*, adde, *ſpinoſum*, quod ſequenti verſu, poſt *papaueris* eſt expungendum. Et ſimiliter quod poſita eſt particula negatiua non, poſt *folia*, & legendum *folia nigriora.*

Pag. 1765. Addenda Anacardio deſcriptio Chriſtophori à Coſta, ex pagina trigeſima ſuæ hiſtoriæ, de Caioui verò, Arbor quæ hunc fructũ fert depicta à Theueto poſt hac habetur pagina milleſima octuageteſima quadrageſima ſexta. Habetur & Caious Indica in libro Coſtę pagina trecenteſima vigeſima tertia, quæ hîc appingenda cum hiſtoria.

Pag.

Pag. 1766. Adiungenda huic figuræ, pictura & historici *Fausel* Acosta ex pagina septima appendicis, post ea verba paginæ sequentis versus decimi sexti *cum successu in* biliosis alui profluuiis vtebatur.

Pag. 1767. versu tertio, pro *Lyrium*, lege, *Lycium*. versu octauo, pro *satiuam*, lege *saliuam*.

Pag. 1771. Balsami Ægyptij figuram hîc desideratam ostendit Botanicum Romanum pagina sexagesima, mea quidem sententia fictitium, nec satis concordem cum veterum descriptione, non tamen reiiciendam: & si vera est, authori gratiam habeamus: si suppositítia, nos, hoc doceat non esse cuiuis temerè in hac re adhibendam fidem.

Pag. 1772. versu trigesimo primo, pro *Carax*, lege Catax: versu trigesimo septimo, post *toto orbe*, expunge quæ sequuntur vsque ad vocabulum *procera*, lineæ subsequentis, & sic eorum loco lege *nec in toto orbe vllam aliam esse, quàm hanc solam putei non procera arbor. Folia eius, &c.*

Pag. 1773. Quæ de Balsami collectionis modo & viribus habentur pagina decima septima appendicis huic sunt addenda capiti.

Pag. 1775. Titulus primæ figuræ expungendus, & talis constituendus: CORTEX DVPLEX *Balsami Peruuiani Monardes*; non enim hîc depictus est fructus, sed cortex; de quo posthac pagina millesima octingentesima quinquagesima nona: versu nono, pro *materiam*, lege *matricem*: versu decimo quinto, pro *extrema*, lege *externa*: versu vigesimo quinto, loco *digitatæ*, lege *digitorum*: adde Titulo folij Balsami Peruuiani, addenda verò descriptio huius ea Costa. E pagina decima se-

ptima appendicis.

Pag. 1776. Addenda capiti decimo quarto figura & deſcriptio Maceris, Coſtæ, & pagina ſecunda & tertia appendicis, cuius meminit Monardes, ſed neſcius quænam eſſet: de quo pagina ſequenti milleſima ſeptingenteſima octageſima nona.

Pag. 1777. verſu decimo ſeptimo, pro *Ladegi Indi*, lege *Cadegi Indi*: folij autem Indi titulum ita ſcribe, TAMALA PATRA, *ſiue Folium Indum ſiue Cadegi Indi*: de quo pagina decima quarta appendicis: verſu vltimo poſt *Tembul*, adde, *ſiue Betræ*, quod conuoluuli genus eſt.

Pag. 1778. verſu trigeſimo, quod dicitur hîc hederæ modo alias arbores conſcendere, conuenit *Tembul*, ſiue Betræ.

Pag. 1779. verſu quinto hîc eſt collocanda figura *Betræ*, abſque hiſtoria qualis habetur pagina decima quarta appendicis.

Pag. 1785. Camphoræ arboris imaginem quæ hîc deſideratur exhibet Botanicum Romanum pagina octuageſima quinta, hoc loco valde opportunè addenda. Excelſa eſt illa, inquit, trunci colore cinereo ſimili cortici cæyæ, aliquãto, nigriore, mediocriter ſolido, ramis vaſtis huc illuc pratenſis, foliis candicantibus ſalici ſimilibus: an florem & fructum edat, incompertũ adhuc. Eius gummi Caphura vulgaris eſt, Sincerum quidem ſi pane incluſum adhincè furno calente liqueſcat: adulteratum ſi dureſcat. Refrigerat & ſiccat ordine tertio, quamuis videat in aquis, in halitum diſſipetur odoriſque ſit acerrimi. Sumptum medetur Gonorrheæ. Ex aqua verò nympheæ & ſuccino

ſuccino fluxui albô muliebri. Admotum fronti & temporibus ſomnum conciliat, odorata arcet peſtis contagia. Admotum pectini lumbis, teſtibus cum muſcillagine ſeminis pſilij, aut ſucco vuæ acerbæ aut ſolani, gonorrheæ, & albo fluxui muliebri auxiliatur. Emorrhagiam è naribus ſiſtit inditum cum ſemine vrticę toſto, aut admotum fronti cum ſucco ſemperuiui.

Pag. 1787. Ad caput vigeſimum primum de *Molle arbore Peruuiana*, author Herbarij Romani deſcribit hanc plantam maiorem Lentiſco, eodem folio & fructu, niſi quòd aliquanto magis rubet, & ideo Lentiſcum Peruuianum appellat. Ea calida & ſicca eſt, vt ille tradit ſecundo gradu. Eius gummi Maſtiche perſimile eſt ſpecie ac viribus. Huius decoctum cum vua paſſa omnes humores & præſertim hydropicorum aquas pellit, roborando viſcera omnia. Ex eius ſemine fit vinum quod Chica indigenæ nominant, vtile diſcutiendis flatibus, in ventris & crurum inflatione decocti vapor mariſcas non inflammatas ſanat, & abſterſa vlcera cicatrice obducit. Efficacius id præſtat, foliorum ſuccus decoctum foliorum corticis, radicis, ſeminis diſcutit & roborat.

Pag. 1789. Arbor illa grandis cuius fit mentio verſu quinto Macer eſt Græcorum depicta pagina ſecunda appendicis, & memorata ſuprà pagina milleſima ſeptingenteſima ſeptuageſima ſexta: verſu ſexto capitis vigeſimi quarti, lege, *Eſt uc purgationis gratia:* verſu vigeſimo tertio, pro *odoratum*, lege *ad odores excipiendos idoneum:* verſu vigeſimo octauo, expunge *Auellanas has ſe vidiſſe ait*

Cluſius

Clusius cæterum. Et pòst, *sicci in secundo*, lege *hanc cuius Iconem, &c.*

Pag. 1790. Arboris quæ hos nucleos catharticos profert figura, ostenditur in Botanico Romano pagina trecentesima sexagesima prima; sed, vt arbitror, imaginaria. Arboris etiam *pinipinichi* imaginem ostendit ille pagina trecentesima sexagesima secunda: sed ex historia, vt puto, commentitia, non tamen reiicienda fidem integram author præstet.

Pag. 1792. versu septimo capitis trigesimi, loco *definitur,* lege diffunditur. Plantæ omnes, quæ duabus his imaginibus comprehenduntur sunt Peruuianæ.

Pag. 1794. *Mungo* planta est Indica non Peruuiana: versu vigesimo primo, prò *omissus*, lege *missus*: & pro *Duræo,* lege *Douresco.*

Pag. 1796. Hæc *Rosa de Hiericho* Syriaca est: Indicis adnumeranda Capiti de Canella, addenda figura & historia ex appendicis pagina prima.

Pag. 1807. Hûc transferenda *Piperis nigri* pictura & historia Costæ ex pagina sexta appendicis.

Pag. 1813. versu nono, pro *Malo vulgari similis, minor tamen foliis Piperis, sed angustioribus,* lege *altitudine mali* mediocris, foliis Piperis, sed minoribus, illi vtcumque similibus.

Pag. 1814. Botanicum Romanum pagina vigesima tertia ostendit *Amomi* figuram, quã certa fide, viderit. Ego ex notis quas historia tradit fictam arbitror, hîc tamen adiiciendam.

Pag. 1815. Hæc planta Rhodia Indicis adnumeranda.

Pag.

Pag. 1818. versu decimo, pro *cinereo*, lege *Ruffo:* versu vndecimo, oro *pallescente*, lege *subflauo:* versu duodecimo, pro *nares*, lege *caput*, & expunge vocabulum *capitis* quod sequitur: versu decimo quarto, post *Cambaya.* Adde, *qui tractus est regionis Mardori & Chitor:* versu decimo sexto post *Amanadabar*, expunge quod sequitur *quæ in desertis sita est*, sic legendo, aduehuntur in regni Metropolim Amadabar & in Cambayere vrbem: versu sequenti post *vrbem*, adde *clarissimam, portu insignem:* & pro *non procul à mari*, lege *quæ Mediterranea est:* versu vigesimo septimo, pro *minimum corticis*, lege *minimum radicis, quæ plantæ minima pars est, habet:* versu quadragesimo primo, post *Costum*, addde *Arabicum.*

Pag. 1822. Titulum quadragesimi quarti capitis sic constitue TERRA, *merita, siue Crocus Indicus:* huius versu primo, pro *Curcuma*, lege *Cucurma*, cuius figura cum historia hîc addenda ex pagina vndecima appendicis.

Pag. 1823. Ad caput quadragesimum quintum hoc transferenda *Chinæ*, pictura cum historia ex pagina decima appendicis. In cuius descriptione Botanicum Romanum pagina centesima vigesima secũda, dicit folia illi esse similia asperæ Smilaci, qua fide viderint huius tractationis studiosi.

Pag. 1825. Botanicum Romanum pagina nonagesima tertia cum huius *Carli sancti* radice ostendit ranunclum foliosum excogitata si bene coniecto pictura, ex historiæ notis.

Pag. 1826. In titulo capitis quadragesimi septimi expunge *America*, & lege *Aegyptia.*

Pagin. 1829. Caput quadragesimum nonum, subiici

ſubiici debet ſequenti, non præire : verſu tertio huius capitis, poſt *conuoluta*, ſic lege *qualia herbæ tunicæ inferne fermè palmum alta*, *&c.* verſu decimo tertio, pro *ſiliculis*, lege *ſiliquis.*

Pag. 1830. Capitis quinquageſimi primi, verſu primo poſt *elegantes*, adde *populi* : verſu ſeptimo pro *inſectione*, lege inſertione : verſu octauo, pro *ſingulo pediculo*, lege *ſingulis pediculis* : verſu vndecimo, pro *arboris Indæ cui*, lege *arboris Indæ*, *quibus*: verſu duodecimo, expunge *loculis* : verſu vltimo eiuſdem capitis, pro *calfaciente*, lege *pungente.*

Pag. 1831. verſu quinto capitis quinquageſimi tertij, poſt *ſurculis*, lege *plantæ Sambuco paluſtri ſimilis*: ad vltimam capitis lineam, poſt *Stramoniæ*, adde *ſimiles*. Figurę alterę quæ hîc exprimitur ſub titulo *Nerei faue arbor Penæ*, eſt referenda ad caput præcedens quinquageſimum quintũ, & hinc amouenda, cuius titulus ſit, PALMACEA *pinnata ſpinoſa*, malè attributa primæ huius paginæ figuræ, quæ eſt Nerei arboris Penæ.

Pag. 1835. Hunc transferenda Mangæ ambæ figura cum hiſtoria, quam habet Coſta. Capite quadrageſimo nono ex ſequenti pagina milleſima octingenteſima ſeptuageſima.

Pag. 1837. verſu ſecundo, lege *quo minus deglutiatur palpa, non impediunt, cortex non craſſior, quàm pyri muſcatelini eodem modo detrahitur* : verſu tertio capitis ſexageſimi ſeptimi, legè *animalia integra ſuſtollantur & ferantur.* Carcapuli hiſtoria & pictura hîc transferenda ex pagina decima tertia appendicis. Camalangæ hiſtoria & pictura huc quoque transferenda, ex pagina milleſima octingênteſima ſexageſima nona ſequenti.

Pag.

Pag. 1838. Ad versum sextum capitis septuagesimi secundi de *Limonibus pusillis*, tales frequentes sunt Neapoli dicuntúrque vulgò *Limoncelli:* versu sexto, capitis septuagesimi tertij, vbi legitur, *ex ea frustum qui gerat ferro esse impenetrabilem*, adde *tale & tam durum lignum est*. Palmæ Hairi descriptæ infra pagina millesima octingentesima quadragesima quarta.

Pag. 1839. Addenda *Musæ* pictura cum historia ex pagina secunda appendicis.

Pag. 1840. Addenda figura & historia *Ananas* ex pagina duodecima appendicis, quæ huic, qui fructui huic *Nana* similis admodum est.

Pag. 1842. Adiungenda est, *Ficui nigritarum, ficus Indica*, & sequenti pagina millesima octuagentesima quinquagesima tertia.

Pag. 1846. Fructus *Caious* separatim descriptus est suprà pagina millesima septingentesima sexagesima quinta. Pingitur verò in libro Costæ pagina trecentesima vigesima tertia.

Pag. 1849. De *Areca*, vide suprà pagina millesima septingentesima sexagesima sexta, & in appendice pagina septima.

Pag. 1850. Ad caput octuagesimum octauum posthac pagina millesima noningentèsima decimaquinta describitur *Herba viua :* & pagina noningentesima septima, *herba marcescens:* & pagina millesima octingentesima septuagesima octaua, *herba pudica*. Hæ ordine essent hîc locandæ propter miram illam vim, & non dissimilem facultatem quam habent.

Pag. 1853. Adiungenda hæc *Ficus Indicæ* pictura cum historia *ficui nigritarum* suprà pagina millesima

millesima octingentesima quadragesima secunda, vt iam illic est notatum.

Pag. 1857. Fructus hic *Cacao*, quod in vmbrosis tantùm viuat, & sole tactus contabescat, rectè appellari potest, ἀνήλιος, id est opacus, & perpetuis damnatus tenebris.

Pag. 1859. Totum hoc caput nonagesimum sextum, transferendum in finem capitis decimi tertij pagina millesima septingentesima septuagesima quinta.

Pag. 1862. Expunge versu secundo capitis nonagesimi septimi hæc (*de qua nos huius libri capite decimo quarto.*)

Pag. 1863. *Pauaræ* hîc traditæ historiæ nimis concisæ loco adscribenda Costæ descriptio multo amplior ac dilucidior.

Pag. 1869. Transferenda pictura huius plantæ *Duriones* cum historia in caput septimum paginę millesimæ octingentesimæ trigesimæ septimæ.

Pag. 1870. *Mangas* figura cum historia transferenda in paginam millesimam octingentesimã trigesimam quintam.

Pag. 1872. Ad hoc caput centesimum nonum videntur posse referri propter similitudinem vtriusque fructus *Cytonia Bergalentia*, quæ in Botanico Romano depinguntur & describuntur quãquam genere diuersa. Cytonia, inquit, Bergalentia Lusitanis *mermelos* & *Cotogononi di Bergala, ouero, Bersilisoles*, arbore instar olea procera foliis Persicæ malo figura & odore similibus, paucis floribus, citò deciduis fructu cùm maturuerit, Cydoni magnitudine, colorei cinerei, è viridi subnigricantes, cortice tenui, cúm maturuerit Cytonij magni

magnitudine. Tenello fructu aut condito priusquã maturescat, aceto vel saccharo; vetusta alui profluuia cohibentur atque dysenterijs, datus succus cum saccharo idem præstat, ac pulipa fructus pista & admota stomacho ac ventri. Corticis decoctum clystere infusum dysentericis medetur ex eius fructu quemadmodum & nostratis fit cydoniatum.

Pag. 1886. versu octauo, pro *quampturimum refert*, lege *cum valde similis est*, & eodem versu, pro *mordicantibus*, lege *pungentibus*: versu decimo tertio, pro his quæ habentur à dictione *videatur* vsque ad vocabulum *nascitur* versus decimi quinti, quæ expungenda sunt, lege *huic Lobellius flores addidit hærentes, cuius figuram appinximus. Nascitur in Mazcate, &c.*

Pag. 1887. Versu septimo, post *capillaceæ*, lege *quales sint Dioscorides non descripsit*: versu decimo post *vellicat*, expunge quæ tota illa linea & subsequente, vsque ad Græcam χρῆσις, vocem continentur, & eorum loco, lege Schœnanthum ferre Calamos apertè Dioscorides his verbis scribit, χρῆσις δὲ τοῦ, &c. versu decimo nono pro περὶ lege παρὰ

Pag. 1888. Figuræ *Calami aromatici Matthioli* diuersa figura Costani huic addenda.

Pag. 1890. Addenda *Zingiberis* à Costa figura, cum historia è pagina sequenti.

Pag. 1898. Ad finem capitis centesimi vigesimi octaui adiungenda descriptio *Tubulorum e Fabaco*, ea pagina millesima noningentesima vigesima secunda.

Pag. 1904. *Fabæ purgatricis* arborem cum ramis exhibuit Botanicum Romanum, pagina nonageſima nona, deſignata figura ad hiſtoriæ notas, quod vitium eſt multorum. Idem liber *Caſtaneas purgatrices* Monardus pagina nonageſima nona non minus fictitia imagine prodidit, quàm fabas, arbores valde proceræ, fructu caſtaneis noſtris ſimili, ſed non foris ecchinato, imo leuis, caſtaneis intus quadratis, pellicula interiecta in duas partes diuiſis, quæ cùm in purgationem ſumuntur detrahenda eſt, alioquin ægri nimio fluxu & anxietate vexari, ſecum purgatio illis facilis eſt, & nihil moleſta, præſertim ſi torreantur, & ex iuſculo aut vino ſumantur, humoribus præparatis.

Pag. 1907. verſu decimo quinto, de hac *herba verecunda* dictum eſt ſuprà pagina milleſima octingenteſima ſeptuageſima octaua.

Pag. 1911. verſu vigeſimo primo, pro *minimo digito minor*, lege *craſſitie puerilis digiti*: ſic enim habet textus Hiſpanicus *dal groſſos d'vn dedo de nino.*

Pag. 1912. In titulo primæ figuræ, pro *à Coſta*, lege *Garciæ*: verſu ſeptimo pro *vncias*, lege *digitos*: verſu vigeſimo ſecundo, pro *geſtent*, lege *indant*: verſu vigeſimo quinto expunge, *magnitudine* : & ſequenti, expunge, *ad ſuperiora à Coſtæ*; & ita lege *inuenitur & tertium Colubrini ligni genus in eadem prouincia Vaſtæ. cuiuſdam arboris, de quo in alio libro agemus. Neutrum verò, inquit Cluſius horum ligni Colubrini à Coſtæ generum cum Garciæ ligno, &c. Daturæ* pictura cum hiſtoria transferenda in paginam ſexa

ſexcenteſimam vigeſimam nonam,addito capite de Nuce Methel, & Vomica; de quibus pagina milleſima ſeptingenteſima ſexageſima tertia.

Pag. 1913. verſu ſeptimo, pro *Methel,* lege *Vomicam:* inde fortaſſis dicta, quòd eius noxæ ac maleficio, vomitione potiſſimum ſuccurratur: vel quòd vomitiones impenſè prouocet:verſu ſequenti poſt vocabulum *Arabum*, adde, *ob ſimilitudinem quam cum ea habet.*

Pag. 1914. Expunge lineas penultimam & vltimam capitis centeſimi quadrageſimi primi, & pro iis lege, *daturæ verò nucem Vomicam, nuci Methel non multùm diſſimilem: quod fortaſſis locorum diuerſitati adſcribendum fuerit. Banque canabis Indica.*

Pag. 1915. Huic herbæ addendæ & adiungendæ tum quæ dicitur ambulãs,de qua pagina milleſima octingenteſima quinquageſima, tum quæ Pudica appellatur, ſeſe contrahens dum tangitur, pagina milleſima noningenteſima ſeptima.

Pag. 1922. Adiungenda hæc *tubuli ad aſthmaticos* hiſtoria deſcriptioni *Tabaci*, pagina milleſima octingenteſima nonageſima octaua.

IN APPENDICE.

Pag. 1. Botanicum Romanum pagina quatercentesima octuagesima septima, pingit ac describit *Zaccon* arborem in planitie Hierontis nascentem prope Zacher domum, aurei mali proceritate, spinosam, foliis paucissimis, paruis, oleæ foliis angustioribus, acutioribus, & virentibus instar mali aureæ, in stipite nullæ spinæ, sed in summis ramis & foliis flos albus: fructus magnitudine punici, rotundus initio virens, cùm maturuerit sublineus, intus officulo vt in primo, oleum è fructu expressum valenter sedat frigidos dolores.

Pag. 2. Figura *Canellæ* cum historia addenda capiti trigesimo sexto libri decimi octaui inter plantas peregrinas, pagina millesima septingentesima nonagesima sexta.

Pag. 3. Botanicum Romanum pagina quadragesima prima ostendit arborem Indicã, quam contra fluxus alui vocant, procerum, fructu nullo, folio cordis figuræ, cortice, crasso & solido, graui, digiti spissitudine, extrinsecus obducto membrana tenui candicante rimosa, colore corticis grauis simili, sapore valde astringente, cum aliqua odoris suauitate quæ magis deprehenditur,

tur, cùm diu mansus, fuerit corticis puluis datus fabæ magnitudine è vino crasso, aut aqua in qua ferrum candens extinctū sit dysentericis & aliis fluxibus alui medetur. Ex Contusio, vt equidem sentio, illa *Maceris* historia est, nondum satis cogniti Cōtusio. Figura verò ab Andaculo scriptore Botanici ad historiæ notas effecta. Idem Botanicum imaginem exhibet arbusculæ Indicæ, nascentis in montibus regionis Malauat, folio, flore, ac fructu myrti, valentius astringentem, odore trifolij, tanta vi ad dysentericas curandas præditam vt & Oriza sumpta ægrum sanauerit, iam anno toto eò morbo vexatum, frustra tentatis omnibus aliis remediis, indigenæ Anacari nuncupant: Indica myrtus aptè dici potest.

Pag. 4. Transferenda est *Nuci muscatæ* figura & historia in paginam millesimam septingentesimam quinquagesimam nonam.

Pag. 6. *Piperis* figura & descriptio transferenda in paginam millesimā octingentesimam septimam: & *Auellanæ Indicæ* pictura & historia in paginam millesimam septuagesimam sexagesimam sextam.

Pag. 8. *Palmæ Elephanti* figura cum historia transferenda in paginam millesimam septingentesimam sexagesimam primam.

Pag. 9. *Tamarnidi* figura & historia, addenda picturæ & descriptioni Dodonæi pagina millesima sexcentesima nonagesima.

Pag. 10. *Radicis Chinæ* figura cum historia transferenda in paginam millesimam octingen-

tesimam vigesimam tertiam.

Pag. 11. Adde titulo de *Croco Indico*, cuius radix cucurma officinis appellatur. Transferenda autem huius pictura cum descriptione & historia in paginam millesimam octingentesimam vigesimam secundam. *Musæ* figura transferenda quoque & addenda figuræ propositæ pagina millesima octingentesima trigesima nona.

Pag. 12. *Ananas* figura cum historia, reponenda inter peregrinas plantas & addenda paginæ millesimæ octingentesimæ quadragesimæ primæ.

Pag. 13. *Carcapuli* pictura cum historia transferenda in paginam octingentesimam trigesimam septimam.

Pag. 14. De *Betre* supra pagina millesima septingentesima septuagesima septima.

Pag. 16. *Nardi Indicæ* pictura cum historia transferenda in paginam noningentesimam vigesimam primam.

Aconiti Pardalianches hîc exhibiti tota historia expungenda, & referenda in paginam millesimam septingentesimam trigesimam quintam, in qua habetur exacta huius plantæ historia. De qua magna equidem fuit inter Guesnerum, & Matthiolum viros clarissimos & doctissimos dissensio: Guesnero fictitiam ac commētitiam Matthioli figuram existimante: Matthiolo verò multis testibus omni exceptione maioribus, quod ait probante, Dalechampius integram plantam nactus à seplassiario Trenarircensi, in cuius horto multis iam annis aliquot plantæ viuunt, & vigent

gent controuersiam pertinaciorem de hoc *Aconito* diremit. Hac historia & descriptione quam alias ab ipso acceptam medicinæ studiosis libenter communicamus. Nascitur hæc copiosè in monte quem incolæ vocant *Faucilles*, quasi *Iuræ fauces*, prope viam publicam qua viatores descendunt in vicum dictum *Mision*, quasi iuræ medium ad radicem montis positum, & quà ad eundem vicum itur, de loco quem vocant *Gets*. Primo veris clementioris accessu cum flore caulis exit, palumallus, antequam folia prodeant vt bechio & officinarum petasite; ideo nunquam reperitur cum folijs, flos densus velut in globum congestus gracilibus petiolis insidens, verticem caulis ambientibus ex subluteo pallescens in multos flosculos diuiditur, quorum in medio complusculi apices extant sublutei. Euanescente delapsoque flore, emergunt folia ferè quatuor venosa supernè virentia, infernè albicantia, quamplurimis punctis notata, longo pediculo subnixa huc illuc diducta, margine ferme rotunda crenis latiusculis, per aram incisa. Subest radix nodis multis articulatim compacta, ea prorsus specie quam Matthiolus delineauit: venenatam plantam non fuit ausus degustare Dalechampius.

Pag. 17. Referenda *Bacsami* descriptio in paginam millesimam septingentesimam septuagesimam tertiam & quartam.

Pagina 18. Versu decimo quinto, pro *quoniam*, lege *quòd*: versu vigesimo nono, pro *materia*, lege *pus*: versu quadragesimo quarto, prō

cerebro, lege *capiti*: versu vltimo, pro *ceruices*, lege *spina*.

Pag. 19. *Kali Arabum* figura & historia transferenda in paginam millesimam ducentesimam trigesimam octauam.

Pag. 21. *Brassicæ marinæ* figura transferenda in paginam quingentesimam vigesimam sextam: Ficus verò Cypriæ figura in paginam trecentesimam quadragesimam: & *Plantæ raræ* tum figura tum historia in paginam millesimam ducentesimam trigesimam sextam.

Pag. 22. Versu octauo, lege *defertur Tripolim Syriæ*: Est autem hæc planta transferenda in paginam ducentesimam quinquagesimam secundam: & *Planta lactaria*, quæ illi subijcitur in paginam millesimam sexcentesimam quinquagesimam.

Pag. 23. Addendæ figuræ vtriusque Melantzanæ paginæ sexcentesimæ vigesimæ septimæ.

Secacul capitis quatuor priores versus ita legi debent: *extra Halepi hortos*, gignuntur duæ raræ plantæ Secacul, quia in vulgaribus cibis commendatur, debet inter hortenses poni numerarique. Secacul Arabum extra vrbem Halepi in locis opacis & sub arboribus & in segetibus reperitur.

Pag. 24. Ad finem capitis *Secacul*, adde, post *distrahunt*, *Alhagi verò, siue Aqul, vel Alqul Mauris planta est spinosa, & rara*: de qua sequenti capite in quo multa equidem emendanda & annotanda. Ac primùm quidem, post *Manna*, adde, *vt apud*

nos

nos in fronde satiùs in Allobrogum montibus: versu quinto,post *spinosæ*,adde,*hæ:*à linea autem octaua ad vndecimam vsque, sic lege; *Polygono similima syluas habent rubras, semina eiusdem coloris continẽtes, quæ etiam in manna supra huc planta collecta multa reperiuntur,flos purpureus oritur ex capitulis paruis & rubris, cui succidunt fibiculæ scorpiodi,vel Coluteæ scorpiodi similimæ, intus eiusdem coloris,&c.* Versu decimo tertio expunge *Sicut*,& post *Cuscuta*,lege *quæ:* eodem versu expunge *ita hæc.* Transferenda autem planta spinosa in paginam millesimam sexcentesimam nonagesimam octauam, & ante Rhab collocanda.

Pag. 25. *Morg sani* Maurorum transferenda in paginam centesimam quinquagesimam quintam, addendaque capparibus ob similitudinem foliorum.

Pag. 26. Adiungenda eius *Anemones*, pictura & historia, generibus Anemones, pagina octingentesima quadragesima octaua. Adiungenda quoque *Astragali* pictura & historia, Astragali generibus, pagina millesima trecentesima quadragesima octaua.

Pag. 27. Addendæ *Chondrillæ* hæ species cum figura & historia Cichorio strumoso, pagina quingentesima sexagesima.

Pag. 28. Transferenda hæc planta Chrysogoni in paginam millesimam sexcentesimam octauam. Versu decimo, post *aptus*, lege *verbasci monet formosior, & copiosior, quàm in Leonto petalo. Lycopsis* transferenda in paginam millesimam centesimam quartam.

Pag. 29. *Maurorum Rhasut* planta transferenda in paginam noningentesimam *Tragium* verò alterum in paginam millesimam vigesimam primam.

Pag. 30. *Lilium album* transferendum in paginam millesimam quadringentesimam nonagesimam septimam. Garab in paginam ducentesimam septuagesimam octauam.

Pag. 31. *Trionus* Theophrasti Buma offrens dicitur & olitoribus, quæ libro quinto pagina quingentesima nonagesima quinta picta est, sed rudius. Quare illa sublata in eius locum hæc est reponenda, *Terebinthus* verò *Indica* transferenda in paginam sexagesimam tertiam: in cuius historiæ primo versu, lege *officinis*: versu decimo quarto, *vt*: versu decimo septimo, pro *horum*, lege *& hornm*: versu vigesimo, post *nostratis*, adde, *cui oblongum folium est*, & postea lege *alias maiore & rotundiore, quale est Pistaciorum, ita vt primo intuitu dignosci hisce possint*, quæ sunt interiecta expunge.

Pag. 32. *Ribes Arabum* planta transferenda in paginam centesimam trigesimam tertiam. *Tragacanthum* in paginam millesimam quadringentesimam septuagesimam septimam.

Pag. 33. *Medium Rhasis* transferendum in paginam octingentesimam vigesimam quintam: *Baccharis* in paginam octingentesimam decimam sextam.

Pag. 34. *Singidium* transferendum in paginam septingentesimam nonam.

Pag. 35. *Behmem* in paginam millesimam centesi

centeſimam octingenteſimam ſextam transferenda : *Elegans* verò *genus ſimonij* , cum hiſtoria addenda Limonis pictis pagina milleſima vigeſima quinta.

Pag. 36. *Schea* inſerenda abſinthijs deſcriptis libro octauo poſt figuram Seminis ſancti, pagina noningenteſima quadrageſima quinta.

FINIS.